

hasta el segundo grado inclusive. He aquí sus palabras: «Præterea S. Synodus gravissimis de causis adducta, impedimentum quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur et matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantum qui in primo et secundo gradu junguntur, restringit; in ulterioribus vero gradibus statuit hujusmodi affinitatem matrimonium postea contractum non dirimere.»

3013. P. Cuando un matrimonio consumado es verdaderamente nulo, ¿hasta qué grado se extiende el impedimento de afinidad?

R. Bouvier (cap. 6, art. 3, § 12, *quæritur* 3) dice que si contrajeron con mala fe, la cópula es ilícita, y así que no llega sino al segundo grado; que si contrajeron con buena fe, «probabilis adhuc nobis videtur eam intra secundum gradum coerceri, copula enim est fornicaria in se. At in utroque casu, si matrimonium non sit nullum defectu consensus, adest impedimentum honestatis publicæ usque ad quartum gradum, ac consequenter matrimonium iniri non possit.»

No obstante esta opinión de Bouvier, me parece más fundada la de Vecchiotti (cap. 3, *De impedimentis matrimonii*, § 59), que dice así: «Quæritur hic an ad quartum gradum extendatur affinitas ex matrimonio consummato sed invalido? Jam vero si matrimonium consummatum est bona fide ex utraque parte, nullum adesse dubium videtur, quin ad quartum gradum affinitas extendatur. Sacra Congregatio Concilii in Brixien. Matrim., 3 Decembr. 1667, agit de casu hujusmodi; namque vir, postquam matrimonium consummatum a se declaratum fuit irritum ob consanguinitatem, quum prætensæ suæ uxoris consanguineam in tertio gradu ducere vellet, Sacra Congregatio reposuit: «Non posse, obstante illi impedimento tum publicæ honestatis,

tum affinitatis.» Vide decisionem in Valent. 15 Aprilis 1762. Si vero matrimonium consummatum fuit mala fide utriusque, vel alterutrius partis, auctores non consentiunt inter se; et alii ad secundum gradum extendunt, quia copulam fornicariam tum subjective, tum objective habent; alii e contra ad quartum gradum protendunt, et argumentum hauriunt non in reali copulæ qualitate, sed in ratione legis, et præcipue in publico affinitatis caractere, qui ex matrimonio invalido, æque ac ex valido, pariter oritur, nec discrimen inter bonam aut malam fidem admittit.

»Isti auctores excipiunt matrimonium invalidum propter clandestinitatem, eo quod deest character et figura matrimonii, quod tamen nec jure, nec facto haud facile admitti posse videtur; siquidem defectus characteris nihil efficit omnino, et præterea aliqua saltem figura Sacramenti semper adest. In hoc sententiarum discrimine consultius est, ut casu occurrente, quæstio ad S. Sedem deferatur. Affinitas multiplex esse potest ut consanguinitas, et totidem vincula constituit, quæ necessario exprimentur, ut dispensatio valeat. De multiplici affinitate vide Corradum (lib. 7, cap. 5, num. 95, et Caillaud, tomo 2, num. 170 et tomo 2, numero 229).

3014. P. ¿La afinidad dirime el matrimonio por derecho natural, ó por derecho eclesiástico?

R. Cuestión es ésta que, aunque no sea de la mayor importancia, no carece de utilidad, porque puede ocurrir algún caso circunstanciado en que los párrocos y áun los confesores tengan necesidad de dar consejo sobre esta materia. Voy á transcribir las palabras del docto Vecchiotti, que, en mi concepto, trata con acierto esta cuestión. Dice así (cap. 3, *De impedimentis matrimonii*, § 59): «Affinitas in quolibet gradu lineæ transversæ solo jure eclesiastico nuptias dirimit. Ete-

nim in veteri lege viduam fratris vita functi in matrimonium ducere licuit; quæ imo extat lex Deuteronomii, 25, sic expressa: «Quando habitaverint fratres simul, et unus ex his mortuus fuerit absque liberis, uxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater ejus.» Quis autem in animum suum induxerit latam a Deo legem juri naturali contrariam? Hinc Romani Pontifices super hujusmodi impedimento interdum dispensarunt, atque ut alia omittamus exempla, Julius II dispensavit cum Henrico VIII, Angliæ rege, ut Catharinam Aragoniam fratris sui Arthuri viduam, sibi in primo affinitatis gradu lineæ transversæ conjunctam, duceret in uxorem, quam quidem dispensationem cum irritam esse contenderet Henricus, ut Annæ Bolenæ nuberet, Clemens VII, consultis catholici orbis universitatibus et post maturum examen eandem validam omnino et legitimam fuisse pronuntiavit. At gravior difficultas est, an affinitas in linea recta, et saltem in primo gradu ejusdem lineæ, jure naturali nuptias dirimat? Jam vero si affinitas ex illicita copula ortum habeat, doctores facile consentiunt, quidquid pauci cum S. Antonino, archiepiscopo Florentino contradicant, hujusmodi affinitatem lege tantum ecclesiastica validitati nuptiarum obesse, atque adeo Pontificem posse eam legem relaxare, quemadmodum Apostolica Sedes haud raro dispensat; ita tamen ut si hujusmodi affinitas proveniat ex copula cum matre desponsatæ, nativitas desponsatæ copulam ipsam antecedit, ad evitandum periculum propriam ducendi filiam in uxorem.

»Affinitas enim quæ ex fornicatione oritur, nec tantum præfert indecentiæ ac scandali, quantum ex conjugio inter affines ex legitima copula enascitur, nec est adeo perfecta atque illa, quæ ex legitimo matrimonio originem trahit; nam per matrimonium

affines in linea recta præferunt quamdam rationem inter se parentum ac liberorum; qua quidem ratione affines ex copula fornicaria destituuntur. Quamobrem ut observat Sanchez (lib. 7, disp. 65, num. 9), sunt nomina imposita affinibus per copulam conjugalem: nulla sunt imposita affinibus ex copula fornicaria. Quibus sic enucleatis, si quis tempore infidelitatis fornicatus fuerit cum Berta, et postmodum duxerit ejus filiam, matrimonium erit omnino validum, neque separandi erunt, si postea ad fidem convertantur.

3015. »Itaque difficultas præcipua est, an affinitas ex copula licita seu matrimoniali, inter affines in linea recta et saltem in primo gradu, veluti inter socerum et nurum, socrum et generum, vitricum et privignam, novercam et privignum, jure naturali nuptias irritet? Hujus difficultatis nodus nondum expeditus est. At videtur magis rationi et auctoritati consentanea sententia esse, quæ putat quidem hujusmodi nuptias valde indecoras, non tamen naturali lege invalidas. Nam personæ hujusmodi, puta, noverca et privignus, rationem parentum et liberorum re ipsa non habent sine fictione quadam, dum inter eos non occurrit vera ratio principii et principii, ut scholastici loquuntur, et proinde non ea datur inter eos mutua auctoritatis et subjectionis relatio, isque pudor et reverentia, quæ debito conjunctionis ordini opponatur, quemadmodum inter patrem et filiam, inter filium et matrem reperitur. Hæc sententia confirmatur auctoritate Conciliorum.

Siquidem Concilium Agathense, anno 506, can. 61, hæc habet: «Si quis frater germanam uxoris acciperit, si quis novercam duxerit, quos omnes et olim, atque sub hac constitutione incestos esse non dubitamus, quod ita præsentis tempore prohibemus, ut ea quæ sunt hactenus instigata non dissolvamus.» Et Concilium

Epaonense, ann. 517, can. 61: «Incestos hos esse censemus, si quis relictam fratris, quæ pene prius soror extiterat, carnali conjunctione violaverint, si quis novercam duxerit, quod a presenti tempore prohibemus, ita ea quæ sunt antèrius instituta, non solvimus.» Concinit Concilium Aurelianense III, can. 10. Jam vero si hujusmodi conjugia lege naturali dirimerentur, tum fideles, tum etiam infideles fidem catholicam amplexi, quia legi naturali subsunt, ab hujusmodi uxoris separandi omnino fuissent. Nihilominus tamen minus ejus generis matrimonia adeo inhonesta sunt et indecora, et nullum extat exemplum dispensationum super similibus nuptiis ineundis, quamvis Romani Pontifices pluries rogati fuerint. Vide Riganti, comment. in regul. 49 Cancel.; Benedict. XIV, *De Synodo Diocesana*, lib. 9, cap. 13.

«Ex quibus sic deductis statui potest:

«1.º Affinitatem non constituere impedimentum matrimonii quoad infideles, qui tempore infidelitatis contraxerunt; adeoque post eorum conversionem, si nullum aliud adsit impedimentum, connubium validum remanere, nec dissolvi, aut irritari.

«2.º Affinitatis impedimento detineri infidelem, qui post baptismum matrimonium contrahit cum consanguineis etiam infidelibus personæ per copulam sive licitam, sive illicitam cognitæ tempore infidelitatis; siquidem affinitas, quæ, durante infidelitate, valori matrimonii haud obsistebat, per baptismum impedimentum dirimens fit. Hisce de affinitate antecedente expositis, restat nunc, ut notemus per affinitatem supervenientem non dissolvi matrimonium contractum, quod ubi legitime fuerit consummatum, sola morte perimi inter fideles possit.

«Hæc affinitas, quæ matrimonio jam contracto supervenit, reum private jure petendi debitum, quando copula

extitit cum persona in primo vel secundo gradu conjugii alteri consanguinea; et quum hæc privatio potius poenæ, quam inhabilitatis naturam induat, dici potest haud incurri, si adsit tum ignorantia facti, tum probabiliter etiam juris, de qua vide S. Alphonsum de Liguori, lib. 6, p. 1071, 1074.»

Benedicto XIV (lib. 9, *De Synodo Diocesana*, cap. 13, núm. 4), si bien no decide la cuestión, se inclina á la opinión que después defendió Vecchiotti. He aquí las palabras de aquel gran sabio, que si bien hablaba como doctor privado, llevaba ya trece ó catorce años en el Pontificado:

«In synodo Limana decretum est, ut indi peruan, qui matrimonium contraxerunt cum noverca vel nuru, non admittantur ad baptismum, nisi prius conjugium præfatum, veluti jure naturæ irritum, solvant, uti refert Acost., *De procuranda indorum salute*, tit. 16, cap. 21. Synodus hæc certum ponit, affinitatem quæ ex matrimonio causatur, jure naturæ dirimere matrimonium in primo gradu lineæ rectæ; id autem certum non est, cum probatissimi auctores doceant, nullam affinitatem, ne eam quidem quæ est in primo gradu lineæ rectæ, dirimere matrimonium jure naturæ, sed jure tantum ecclesiastico, et consequenter super eo impedimento, gravissimis urgentibus causis, posse a Summo Pontifice dispensari; Sylvius, *Oper.*, tom. 3, in verb. *Dispensatio tertio*. At, quidquid sit de potestate, a simili dispensatione Romani Pontifices, etsi pluries rogati, abstinuerunt. Legi potest Rigantius (cit. tom. 4, ad regul. 49 Cancellariæ num. 18 et seq.), ubi etiam mentionem facit nostri consilii reverenter exhibiti, dum in minoribus essemus, Benedicto XIII nostro benefactori, ut a simili dispensatione pro qua rogabatur, abstineret, prout abstinit.»

3016. Por último, no olviden los jóvenes aquel axioma jurídico-canó-

nico: *Affinitas non parit affinitatem, nec honestas honestatem*. De este principio se han de deducir las consecuencias que fluyen de él, para conocer cuándo nace ó no el impedimento de afinidad. En beneficio de los jóvenes voy á transcribir los ejemplos que pone el Sr. Díez, que por ser sencillos y que pueden ocurrir con frecuencia, me parece conveniente expresar. En el cap. 6 del sacramento del Matrimonio, § 9, dice así:

«1.º Las personas que se conocieron carnalmente no son afines entre sí, sino que son como el principio ó tronco de la afinidad.

«2.º Dos hermanos pueden casarse con dos hermanas, padre é hijo con madre é hija; y aun puede el padre casarse con una soltera y el hijo de aquél con la madre de ésta.

«3.º El que pecó con dos hermanas ó con dos primas carnales, ó con madre é hija, no puede casarse con ninguna de las dos, siempre que consumase la cópula (*por ser afines*).

«4.º El hijo de Juan, habido de la primera mujer, puede contraer con la hijastra del mismo Juan, es decir, con la hija que la segunda mujer de Juan tuvo con otro marido.


«5.º Si un viudo se casa con una viuda y llevan hijos del primer matrimonio, dichos hermanastros pueden también casarse válidamente sin dispensa.

«6.º El hermano del padrastro puede casarse con la hijastra de éste, y el hijastro con la madre de su padrastro.

«7.º Juan contrae lícitamente con la hijastra de su difunta mujer, etc.

3017. «P. Si Pedro tiene cópula con María y se casa con la cuñada de María, madrastra, ó con la madrina del bautismo solemne, ¿será válido el matrimonio?

«R. Sí; porque por la cópula sólo se hizo afín con los consanguíneos de María, pero no con sus afines ni con sus parientes *cognatione spiritali vel legali*.» Hasta aquí el Sr. Díez.



NOTA. Hoc schema refert consanguineos in linea recta ad quartum gradum. Lineas collaterales, nempe, fratres, consobrinos, etc., facile adjicies.

§ 14.

Del duodécimo impedimento dirimente del matrimonio.

Impotencia.

3019. P. ¿Cómo se define la impotencia, impedimento dirimente del matrimonio?

R. «Inhabilitas ad contrahendum matrimonium orta ex incapacitate ad copulam maritalem.» La impotencia de que aquí se trata, dice San Ligorio (lib. 6, núm. 1095), «est illa, propter quam conjuges non possunt copulam habere per se aptam ad generationem; unde sicut validum est matrimonium inter eos qui possunt copulari, esto per accidens nequeant generare, puta, quia steriles, aut senes, vel quia femina semen non retinet, ita nullum est matrimonium inter eos qui nequeant consummare eo actu, quo ex se esset possibilis generatio. Ut autem impotentia dirimat matrimonium debet esse perpetua, et antecedens. Quare, si est tantum temporalis proveniens ex aliquo morbo, aut vitio naturaliter curabili, certe non dirimit matrimonium. Sic etiam neque dirimit, si matrimonio superveniat. Si vero antecedit, et nequeat auferri nisi per miraculum, aut per peccatum, aut cum periculo mortis, tunc irritat matrimonium, ut expressum habetur in cap. *Fraternitatis, de frigid. et malef.* Hæc autem impotentia ex quadruplici capite oriri potest, scilicet: I. Ex maleficio. II. Ex frigiditate. III. Ex improporione. IV. Ex mixtione sexus (id est, si aliquis conjugum sit hermafroditus) de qua satis est id, quod dicit Busemb.: unde tantum de aliis tribus capitibus hic agimus.»

3020. Cuando nace de maleficio la impotencia para consumir la cópula marital, da San Ligorio la regla siguiente: «Si impotentia proveniat ex maleficio (quod colligitur quando conjuges excitantur ad copulam cu m

aliis, et inter se frigescent, vel a coitu abhorrent, esto alias se diligant) tunc si maleficio nequit tolli intra triennium remedio humano, nec orationibus, aut exorcismis, impotentia censetur perpetua, et dirimit matrimonium; ita communiter Divus Thomas (in 4, dist. 34, q. unic., art. 3 ad 3.^{um}), Sanchez, Croix et Salmant. cum Soto, Coninch., Bonac., etc., ex cap. final *de frigid. et malefic.* Hinc si maleficio auferatur per aliud maleficio (quod certe illicitum est) matrimonium etiam censetur invalidum, ut communiter docet Sanchez cum Div. Thom., Div. Bonavent., et aliis passim. Secus si auferatur amovendo signum, ut Sanchez et Salmant., quia tunc licite auferatur impedimentum: Salmant. cum Soto et Aversa.

3021. Si la impotencia proviene ex frigiditate, como á continuación dice San Ligorio en el mismo número, «quando conjuges ob hanc causam omnino perficere nequeunt copulam aptam ad generationem, post experientiam triennii, nullum est matrimonium. Idem procedere communissime ajunt doctores, si ob nimiam caliditatem vir semper seminet extravas, antequam possit penetrare: ita S. Antonin., Navar. et Sanchez cum Soto, Palao, Val., Led., Gutier., etc., ex Div. Thoma (*Supplem.*, q. 58, artic. 1 ad 2.^{um}), ubi ait: «Caliditas superflua vix potest esse impedimentum perpetuum; si tamen inveniretur, quod per triennium impediret carnalem copulam, judicaretur perpetuum.» Sed probabiliter censent Cont. Tourn. et Cabas., quod hujusmodi conjuges, si sint juvenes non sunt separandi, quia processu temporis fervor ille deficit, et sic possunt fieri habiles. Sicut autem potest esse impedimentum frigiditas, et maleficio, sic etiam potest irritare matrimonium abominatio viri erga mulierem, si ob ejus deformitatem non possit ullo modo excitari ad copulam,

ad quam bene excitaretur cum alia pulchra: ita Divus Thomas (dicta q. 58, art. 1.º ad 1.º^{um}), ubi: «Abominatio autem mulieris non est causa naturalis, sed accidentalis extrinseca; et ideo de ea est iudicium idem quod de maleficio.» Et ita etiam Sanchez (lib. 7, disp. 92, núm. 13), cum Alberto Magno, Silv., Ang., Tabien., Turrecrem., etc., contra Sotum. In is vero casibus datur conjugibus triennium, in quo licite possunt copulam experiri ex cap. *Laudabilem, de frigid. et malef.*»

3022. En tercer lugar, si la impotencia proviene *ex improportione*, «nempe, dice San Ligorio, si foemina habeat vas adeo arctum (saltem respectu sui viri) ut illud nequeat penetrare, tunc si foemina non possit apta fieri ad copulam nisi cum periculo mortis, omnes conveniunt matrimonium esse nullum ex cap. *Fraternitatis, de frigid.*, etc. Unde etiamsi cum tali periculo mortis ipsa fuerit incisa et facta idonea, matrimonium non valet; quia quod ab initio est invalidum, nequit tractu temporis convalescere; ita communiter Sanchez, Tournely cum aliis.» (Núm. 1096 del libro 6.)

En el núm. 1097 pregunta San Ligorio: «An sit nullum matrimonium, si foemina per incisionem possit fieri apta ad copulam sine periculo mortis, sed cum periculo gravis morbi? Prima sententia affirmat, et hanc tenent Pal., Spor., item S. Antonin., Sot. et alii plures apud Sanchez, qui probabilem censet. Ratio, quia impotentia eo casu non est a voluntate, sed ab ipsa natura; ex contractu enim matrimonii videtur mulier non ad plus se obligasse, quam ad reddendum debitum per media ordinaria; unde, quando non potest fieri apta nisi per medium extraordinarium et periculum gravis morbi, tunc censetur illa ex ipsa natura impotens ad matrimonium.

» Secunda vero sententia negat, et

hanc tenent Bonac., Salmanticens., Sot., etc. Et probatur ex cap. *Fraternitatis*, § *Per hoc, de frigid.*, etc., ubi dicitur, tunc matrimonium esse nullum, quando copula non potest haberi nisi per incisionem, aut alio modo violentia sibi inferatur non solummodo levis, sed forte tam gravis (nota), ut ex ea mortis periculum timeatur. Hæc sententia speculative loquendo verior apparet ex textu præfato, cui nescio quomodo responderi possit; sed practice loquendo ipsa non differt a prima, prout enim recte ajunt iidem Sanchez et Roncaglia, quoties per incisionem gravis morbus timeatur, subest moraliter etiam periculum mortis.»

* Ponemos á continuación la siguiente resolución del Santo Oficio:

Dubium quoad matrimonium ineundum a muliere, cui ablata fuerunt duo ovaria et uterus.

Die 30 Julii 1890.

Episcopo Regiensi missa fuit sequens Epistola continens solutionem dubii ab eo propositi S. Inquisitioni:

«Illme. et Revme. Domine. In Congregatione feriæ IV diei 23 currentis mensis discussum fuit dubium, ab Amplitudine Tua propositum supplicii libello diei 31 Octobris elapsi anni, videlicet: Num mulier N. N... cui, operatione chirurgica, ablata sunt duo ovaria et uterus, admitti possit ad matrimonium contrahendum. Et, remature perpensa, Emi. Cardinales, una mecum Inquisitores generales, decreverunt: Matrimonium non esse impediendum. Quod dum Amplitudini Tuæ pro istius Curia norma significo; Eidem fausta quæque adprecor a Domino. Amplitudinis Tuæ. Romæ, die 30 Julii 1890. — Addictissimus in Domino. — R. CARD. MONACO.» (*Acta S. Sedis*, fasciculo 2.º, Septembris 1894.)*

3023. En el núm. 1098 pregunta San Ligorio: «An soluto matrimonio iudicio Ecclesiæ ob arctitudinem mu-

lieris respectu viri, si postea cognoscatur a secundo viro, et per frequentem usum conjugii reddatur apta primo, debeat ad primum redire? Cap. *Fraternitatis*, § *Similiter, de frigidis*, etc., dicitur, quod si mulier non poterat reddi apta primo, nisi cum periculo mortis, tunc non debet redire; secus si poterat sine tali periculo. Ad quæsitum autem respondet Innoc., Sotus, etc., eo casu matrimonium reputandum esse validum, quia, cum mulier fuerit reddita apta primo viro per usum conjugii cum secundo, signum est quod bene posset illi reddi apta aliquo modo, puta instrumento ligneo, aut ferreo sine ullo periculo mortis.

»Sed verius dicunt S. Antonin., Sanchez, etc., non ex eo quod ab alio potuit mulier cognosci, concludi quod posse, quod sine periculo mortis cognosci potuerit a primo; usu enim conjugii cum secundo poterat effici, quod per ipsum redderetur apta primo, cui prius apta non erat nisi per reserationem cum periculo mortis. Aliunde igitur sumenda est præsumptio, quod mulier potuerit fieri apta primo sine periculo mortis, nempe, a similitudine in ætate, robore et corpore primi viri cum secundo; nam in dicto cap. *Fraternitatis* ideo Pontifex, præcise de hoc casu loquendo, decrevit mulierem teneri redire ad primum virum, quia secundus erat similis primo: en ejus verba: «Cum pateat ex postfacto, quod cognoscibilis erat illi, cujus simili commiscetur.»

Quando San Ligorio dice *verius* respectu de esta última opinión suya, quiere decir que es verdadera, y que la contraria no tiene probabilidad alguna sólida.

3024. Cuando por cualquier motivo fundado, después de haberse declarado nulo el matrimonio por creer que uno de los contrayentes tenía impotencia perpetua antecedente al matrimonio, constase que realmente no era impotente, si la parte potente hu-

biese procedido al segundo matrimonio, ésta debe separarse y volver al primer cónyuge; y en confirmación de esto, he aquí las palabras de Benedicto XIV, en el lib. 13 *De Synodo Diocesana*, cap. 21, núm. 5: «Non inficiamus, soluto matrimonio ex capite impotentia, quæ iudicetur esse perpetua, si forte contingat, ut post novas nuptias a non impedito conjugate celebratas, conjux ille qui perpetuo impotens credebatur, subeundis matrimonii oneribus reddatur idoneus, debere alterum illum conjugem, secundo thoro relicto, ad primi jura redire, juxta sanctiones canonicas in cap. *Laudabilem*, et cap. *Fraternitatis, de frigidis et maleficiatis*, et cap. *Requisivisti*, q. 1 præter alia plura, quæ legi possunt apud S. Thomam (in 4 *Sent.*, dist. 34 q. 1, art. 2).»

3025. Pregunta San Ligorio en el núm. 1099: «An uxor inepta ad copulam propter arctitudinem, teneatur pati incisionem cum periculo gravis morbi, ut apta reddatur? Adsunt tres sententiæ.»

La primera dice que la mujer casada está obligada á sufrir la incisión, no habiendo peligro de muerte: la defienden Palao, Cabrera, etc.

La segunda dice que no está obligada de manera alguna, haya ó no haya gran peligro, porque cumple con entregarse al marido de la manera que se halla. De los que defienden esta opinión, algunos exceptúan el caso en que la mujer, sabiendo que era *nimis arcta*, no lo manifestase á su futuro esposo; pero este caso será muy raro, porque no es fácil que sepa esto la mujer.

La tercera sententia, que es la que expone San Ligorio, dice así: «Tertia demum sententia communissima, et probabilior, quam tenent Sanchez, Roncaglia, Salmant. cum Soto, etc., dicit teneri foeminam pati incisionem etiam cum gravi molestia et dolore, sed non cum periculo neque mortis, neque gravis morbi; et licet Sanchez